

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Beneficiencia siue beneficium ad
cum fonte primo

Differunt promissa ne minor sit turba rogantium,
quales regie potencie ministri sunt
quos delectat potencie sue longum spectaculum,
minusque se iudicant posse
nisi diu multumque singulis
quid possint ostenderint.
Nichil confestim, nichil semel faciunt;
iniurie illorum precipites, lenta beneficia sunt.

Seneca ibidem (II. de beneficiis).

Plerisque autem hoc uitium est ambitione praua
differendi promissa, ne minor sit rogantium turba,
quales regiae potentiae ministri sunt,
quos delectat superbiae suae longum spectaculum,
minusque se iudicant posse,
nisi diu multumque singulis,
quid possint, ostenderint.
Nihil confestim, nihil semel faciunt;
iniuriae illorum praecipites, lenta beneficia sunt.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*, 2.5.1
(F. Préchac ed., vol.1, p.29).